Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26049
Copyright: Admont, Benediktinerstift



mens superba repellitur. ultione districti iudicii gelu de celo
generatur. ut cum ipsa scriptura sacra in electorum cordibus cale
at eos qui se superbe scire appetunt. a se frigidos emittat. Ibi
quippe errant ubi corrigere errata debuerant. et dum a su
perna intelligentia resplendentis eloquii et obdurati ipsi et se
ducturi ceteros corruunt. ad ima uenientes ut gelu et alios
astringunt. Semetipsum tamen dns hoc gelu gignere prohibet.
non quo prauorum mentes ipse ad culpam format. sed quo a
culpa non liberat. sicut scriptum est. Ego obdurabo cor pha
raonis. Quod quia misericorditer emollire noluit. profecto
districte obdurare nuntiauit. Quia uero dum inchoata diuini
timoris uirtus amittitur. propter humanas laudes uirtutis ima
go retinetur. recte subiungitur. in In similitudine lapidis 55
aque durantur. et superfities abyssi constringitur. Aque enim per 55
glatiem in superfitie durescunt. sed fluide in intimis remanent.
Et quid per aquas. nisi fluxa accipimus corda reproborum. Qui cum
ex proposito uirtutem deserunt fortes se in bonis operibus per ypocri
sin ostendunt. dum quoque in intimis suis ad uitia defluunt.
et foras se sanctorum ac fortium imitatores fingunt. aque
in similitudine lapidis durantur. et superfities abyssi constrin
gitur. quia per superductam sanctitatis speciem fluxa ac in
stabilis eorum conscientia hominibus tegitur. Nam cum sibimet
ipsis intrinsecus turpes sint. ante alienos tamen oculos quadam
uiuendi uenustate uestiuntur. Sed ne quis uerba hec dni in
bonam intelligi partem non uelit. debemus sic etiam scientiam
querentibus astruere dum modo minime iudicemur. que perscrutan
da fuerant neglexisse. Superiore enim uersu dicitur. quis est
pluuie pater. uel quis genuit stillas roris. statimque additur. de
cuius utero egressa est glaties. et gelu de celo quis genuit.
Sic ergo dictis precedentibus sequens sentencia non dispari sensu con
iungitur. profecto et in bonam partem nobis eius intellegentia
sine obstaculo difficultatis aperitur. Terra enim si compluitur. ia